

www.e-rara.ch

Joh. Helffrici Jungken... Chymia experimentalis

Jüngken, Johann Helfrich

Francofurti ad Moenum [Frankfurt am Main], 1702

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 2166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-15237>

[...] excellentissimo domino domino Friderico a Binder.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Illustrissimo atque Excellentissimo Domino

DOMINO
FRIDERICO
à BINDER.

Sacrae Cæsareæ Majestatis Consiliario
Imperiali Aulico, dignissimo:

Pro tempore

IN CAUSA

Serenissimæ

DUCISSÆ AURELIANENSIS

Contra

Serenissimum

ELECTOREM PALATINUM.

Plenipotentiaro Cæsareo, gravissimo

Mecanati & Patrono

ad tumultum usque colendissimo

Illu-



Illustrissime Excellentissime Vir



Quantam lucem Rerum Naturalium
 explicationi, ipsique arti Medicæ suf-
 fundat, *Ocularis Chymiae contempla-*
tio, nemini ignotum esse arbitror,
 nec quenquam, nisi veritatem omni-
 no detestetur negaturum confido:

Peccant in hoc *Galenici*, quod *omni Chymica ex-*
perientia ejurata, suis rationibus à posteriori desum-
 tis, admodum frivolis, naturæ phœnomena metiri, ac
 explicare conantur:

Peccant *Empirici*, dum hoc vitium effugientes *in-*
contrarium ruunt, quippe *omnem rationis desponden-*
tes usum, in obiter saltem observatâ experienciâ, ac-
 quiescunt, absque ullo causarum ac circumstantiarum
 habito respectu:

Felicissimum è contra *modernum est Seculum*,
 cum, Philosophia experimentalis suffulti, Naturæ are-
 nam intraverimus, ubi *Experientia & Ratio amicè*
conspirant. Optimè hinc traditur Philosophia hæc
 Expe-

DEDICATIO.

Experimentalis per *axiomata*, quæ *condita* & *confir-*
mata sunt variis *chymico igne* erutis phœnomenis, atq;
principia habet non *logismis* parta, sed quæ per *Natu-*
ram sunt cognita & *per ignem conspicua*, prout per benè
 loquitur, noster per ignem Philosophus van HEL-
 MONT in *Tr. Pharmacop. & Dispensatorio moderno*;
 Idem est qui asserit, *non sufficere libros legere, sed insu-*
per emere carbones & vasa, vigilatasq; ex ordine im-
pendere noctes, quo particulares emergant experientiæ,
 quæ postmodum divino rationis radio excoctæ, axio-
 mata constituere queant.

Ratione hâc succinctus, hanc meam conscripsi
 Chymiam Experimentalem, quæ si non in omnibus
 cujusvis delicato respondeat sensui, veniam facile im-
 petraturum me confido, ab iis, quibus materiæ gra-
 vitas, cognita est.

Quod Vero **Tibi Excellentissimè Vir**
 hunc meum laborem consecrare ausim, humillima mea
 observantia iussit, etenim cum nulli vitio fuerit, colore
 Deos quoquo modo possiet, non spero **Te Illustris-**
sime Vir, audaciam meam crimini daturum;
 Etenim quotiescunq; prima illa temporis momenta re-
 corder, quibus mihi ansa data fuit, tuum captandi fa-
 vorem, toties de felicitate mea non possum non mihi

DEDICATIO.

gratulari, qui favoris Tui splendorem erga me, merito meo nullo, semper sensi benignissimum.

Non **Tibi Illustrissime Vir** hic adulari audeo, sermonesq; offerre phaleratos, quibus nec Tu delectaris, nec ego studeo, saltem sincere hic contestor me pectore gratissimo & devinctissimo, animoq; devoto, Tuorum beneficiorum memoriam undiq; mecum circumlaturum esse ad tumulum, & quanquam **Vir Illustrissime**, nil habeam, quod debitæ meæ erga Te gratitudinis ac studii symbolum esse possit sufficiens, permittas tamen Chymiam hanc Experimentalem, à me olim congestam, nunc auctiorem redditam, **Per Illustri Tuo Nomini** dici & inscribi; ne vel nullum extet apud posteros summæ meæ erga Te observantiæ pignus.

Deum precor T. O. M. ut **Tibi Excellentissimè Vir**, viridem continuet senectam, & seros in annos salvum & incolumem conservet, utq; serus in coelum redeas, ex corde fovet

Illustrissimæ Tuæ Excellentiae

humillimus

Joh. Helffrich Jungken, M. D.
Physicus Francofurtensis.